Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eleuat ſ. grauat. Qui enim ſine humilitate uirtutes congregat in uento puluerem portat. & unde aliqd ferre cernitur: inde deteriori cecat. Inuenies ergo quę agitis fratres mei radicem boni operis humilitatem tenere. nec quibus iam ſuperiores eſtis quibus adhuc inferiores eſtis aſpicere. ut diuina meliora uobis exempla proponitis. ad maiora ſemper aſcendere ex humilitate ualeatis. SCDM LVCAM

Anno quinto decimo imperii tyberii cesaris. procurante pontio pilato iudeam tetrarcha autem galilee herode. philippo autem fratre eius tetrarcha ituree & traconitidis regionis. & lysania abilinę tetrarcha ſub principibus anna ſacerdotum & caypha. factum e uerbum dni ſuper iohem zacharię filium in deſerto. Et rel.

Redemptoris procurſor OMEL. B. GREGORII PR.

quo tempore uerbum predicationis acceperit. memorato romanę reipublicę principe & iudeę regibus deſignato cum dr. Anno quinto decimo imperii tyberii cesaris. procurante pontio pilato iudea tetrarcha autem galilee herode. philippo autem fratre eius tetrarcha ituree & trachonitidis regionis. & lysania abilinę tetrarcha ſub principibus ſacerdotum anna & caypha. factum e uerbum dni ſuper iohem zacharię filium in deſerto. Quia enim illum predicare uenebat qui ex iudea oriundam. & multos ex gentibus redempturus erat. per regem gentium & principes ſacerdotum predicationis eius tempora deſignant. Quia autem gentilitas colligenda erat &